Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



91

& tu uenis ad me. Respondens aut ihc dixit ei.
Sine modo. sic enim decet nos adimplere omnem iu
sticiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem ihc confesti
ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi. & uidit
spm di descendentem sicut columba & uenientem
super se. Et ecce uox de celis dicens. Hic est filius meus di
lectus in quo mihi complacui. BEDE PBRI.

Lectio sci euangelii quam modo fratres audiuimus magnum nobis &
in dno & in seruo dat perfecte humilitatis exemplum.
in dno quidem quia cum sit dns non solum ab homine seruo
baptizari. sed etiam ipse ad hic baptizandus uenire dignatus
est. in seruo autem quia cum sciret se precursorem ac baptista
sui saluatoris esse destinatum. memor tamen propriae fragi
litatis iniunctum sibi humiliter excusauit officium.

NUPTIE facte sunt in chana galilee. LOHM.
& erat mater ihu ibi. Vocatus est autem & ihc & discipuli
eius ad nuptias. Et deficiente uino. dicit mater ihu ad eum.
Vinum non habent. Et dicit ei ihc. Quid mihi & tibi est mulier.
Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quecumque
dixerit uobis facite. Erant autem ibi lapides ydrie sex
posite secundum purificationem iudeorum. capientes singule